UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 75. De depositione Eugenii Papæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Sæcul. XV. A. C. 1439

ac vi atque auctoritate Concilii Conſtantienſis, pœna depoſitionis affectus eſt.

§. LXXV.

De depoſitione Eugenii Papæ.

Labbe Conc. gen tom. 13. p. 619.

In hac ſententia omnes Chriſti fideles ab Eugenii obedientia abſolvebantur, ſimulque prohibebantur, ne eidem amplius tanquam ſummo Pontifici adhærerent, ſub pœnis hæreſis ac ſchiſmatis, necnon privationis omnium honorum, beneficiorum, ac dignitatum. In hoc Decreto Eugenius, quem deinceps nomine Gabrielem ab illo, quod ante Pontificatum geſſerat, nomine appellitabant, depingebatur, ut pacis & unitatis Eccleſiæ perturbator (*) Simoniacus, perjurus, incorrigibilis, ſchiſmaticus, hæreticus, in errore pertinax, jurium & bonorum Eccleſiæ dilapidator, & ad Romani Pontificatus adminiſtrationem non modo inutilis, ſed & pernicioſus. Inſuper ſubjungere non dubitabant Baſileenſes, Eugenium *omni titulo, gradu, honore, & dignitate ſe reddidiſſe indignum.* Hæc Seſſio ut quo-

(*) Nempe ab Amadæo Sabaudiæ Duce Pontificatum ambiente ex induſtria ad Concilium miſſi, ut ingenue fatetur Æneas Sylvius apud Gobellinum Comment. lib. 7.

quodammodo numeroſior evaderet, ad eam ex Sabaudia evocati fuere Epiſcopi. Nec leviter transeundum cenſemus, hæc omnia Baſileæ eadem die geſta fuiſſe, qua Florentiis utriusque Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis unitas concluſa eſſet (*). Secul. XV. A.C.1439.

§. LXXVI.

Rex Galliæ ob Eugenii depoſitionem graviter adverſus Baſileenſes conqueſtus.

Non multo poſt Baſileenſes ad omnes Chriſtiani orbis Principes decreverunt nuncios, per quos Eugenii depoſitio promulgaretur, eorumque opera hoc decretum executioni mandaretur. Verum vix hoc conſilium conceperant, cum literæ Regis Francorum deferuntur, quibus ille graviter querebatur, quod non tantum morem non geſſiſſent ſuis precibus, atque monitis, quibus eos adhortatus eſſet, ne judicii acta adverſus Eugenium proſequerentur, ſed inſuper, ut inquiebat, hac agendi ratione pacem a Principibus ſervi- *Patrit. loc. cit.*

(*) Ibi tamen eodem ipſo die & anno utramque Eccleſiam Orientalem, & Occidentalem felici unitatis vinculo Eugenius copulavit, uti Baſileenſes Latinam Eccleſiam novo ſchiſmate ſcindere moliebantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN